



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. Quando electio, vel collatio beneficij Simoniacè facta ignorante electo, vel proviso, non est irrita?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

dem jure naturæ irrita est, sed jure Ecclesiastico, sive Simoniâ ab ipso electo, sive ab alio, electo tamen v. g. sciente, & non contradicente, facta sit, c. *Matthæum 23. h. t.* Imò ex c. *Ex insinuatione 26. h. t.* patet, irritam esse provisionem talem Simoniâ (de jure Ecclesiastico) si ignorante etiam electo facta sit, prout etiam probatur ex c. *Nobis 27. h. t.* & *Extravag. cum detestabile 2. h. t. inter communes.* cùm in tali casu puniatur non tam Simoniâ promotus, qui de Simoniâ hac sibi facta provisione tum nihil scivit, quàm Simoniâ provisio.

§. V.

Quando electio, vel collatio beneficij Simoniâ facta ignorante electo, vel provisio, non est irrita?

Duo communiter casus referuntur, in quibus electio v. g. simoniâ facta, ignorante tamen electo, non est ipso jure irrita. Primò scilicet, si ab alio, ignorante electo, pecunia v. g. promissa, aut data est in fraudem eligendi, ut ne scilicet electio illius vim aliquam haberet, juxta cit. c. *Nobis* cùm in tali casu malitiis hominum indulgendum non sit, & nemo alterius odio prægravari debeat. Secundò, si electus v. g. contradicat promissioni, aut dationi Simoniâ ab aliis, ignorante tamen eo, factæ, c. *Sicut 33. h. t.* ne alterius factum, quod non scivit, & sufficienter contradicendo præcavere studuit, illi præjudicet.

§. VI.

An, & quatenus licitum sit dare vel accipere pecuniam ad redimendam vexationem in beneficiis, vel non sit licitum?

Tres communiter regulæ etiam rem conducentes traduntur à D. Prima est, quòd post jus acquisitionis in beneficio per legitimum electum vel postulationem, confirmationem, institutionem, vel collationem, non sit Simoniâ, pecuniâ, vel alia re pretio ad illud redimere vexationem, quæ ad jus in beneficio tollendum injulè inferatur, quæ qui dat in tali casu pecuniam, non dicit illam pro re spirituali oblatam, quam jam habet, sed pro tollenda injulâ vexatione, ut colligitur ex c. *Dilectum 21. h. t.* Secunda regula est, quòd pro jure reddendum acquisito in beneficio, sed pecunia acquirendo, non liceat abique Simoniâ vitio, pecuniâ oblatâ, redimere vexationem, etiam injustam, ab eo, qui tantùm obesse, sed etiam prodeffe potest, dando scilicet, juxta postulationem quam habet, spirituale illud, quod reddendum erat, quia talis intentio per rituale sibi acquirere per hanc oblationem medium, & viam sibi per hanc oblationem aperire ad spirituale acquirendum, prout colligitur ex c. *Matthæum 23. h. t.* Quod si tamen, quæ tertia regula est, talis pretium temporale ad vexationem ipsam impediendam datur, obesse quidem posset, nihil tamen ad spirituale reddendum prodeffe, seu conferre, non esset Simoniâ, dare illi pecuniam v. g. ut nocere desinat, quia in tali casu

